



FRANCISCUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI

dilecto Filio **ALFREDO XUEREB**, e clero dioecesis Gaudisiensis, Prælato Nostro honorario atque Secretario Generali Secretariæ Sanctæ Sedis rebus oeconomicis præpositæ, nominato Nuntio Apostolico in Corea et Mongolia itemque electo Archiepiscopo titulo Mantheanensi, salutem et Apostolicam Benedictionem.

Caritas Christi urget Nos (cfr *2 Cor* 5,14) pacem ubique terrarum firmare seduloque postulare et Apostolicæ Sedis diurnam prosequi consuetudinem, in varias Nationes mittendo probatos dignosque viros, quos non solum in tam gravi constituimus munere ut Nostro nomine agant et auctoritate, sed etiam ad sacerdotii culmen extollimus. Cum igitur nunc desideretur Legatus Noster in Corea et Mongolia, te idoneum arbitramur cui maxima cum fiducia hæc munera concedamus explenda, quippe qui in familia, paroecia et Patria optimam catholicam receperis institutionem quique hucusque naviter curaveris varia opera in Apostolicæ Sedis Romanorumque Pontificum servitio, filialem præcipue ostendens dilectionem, de qua Ipsi Nos gavisi sumus, atque sanam doctrinam, prudentiam, rerum agendarum peritiam et in Ecclesiam Catholicam fidelitatem. Quare te nominamus Apostolicum Nuntium in Corea et Mongolia, teque Archiepiscopum constituimus titulo **MANTHEANENSEM**, debitis datis iuribus congruisque impositis obligationibus. Episcopalem verum ordinationem, peculiarem dilectionem ostendentes, Nos Ipsi tibi libenter conferemus in Papali Basilica Petriana proxima sollemnitate sancti Ioseph. Antea autem tuum erit ad statutas formulas fidei professionem nuncupare et iusiurandum fidelitatis erga Nos Nostrosque in hac Apostolica Sede Successores dare. Denique, dilecte Fili, intercedentibus Deipara Beata Maria Virgine in cælum assumpta, sancto Georgio martyre ac sancto Paulo Apostolo, qui Melitensium expertus est non modicam humanitatem (cfr *Act* 28,2) eisque primus Evangelii nuntium attulit, hortamur te ut Episcopi et Legati ministerium assidue et fideliter explere studeas, magis particeps factus ipsius Domini ac Nostræ sollicitudinis ut unum sint omnes Christifideles et mundus credat quia Deus suum Filium misit veluti Salvatorem (cfr *Io* 17,21).

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, die vicesimo sexto mensis Februarii, anno Domini bismillesimo duodevicesimo, Pontificatus Nostri quinto.



FRANĠISKU, ISQOF, QADDEJ TAL-QADDEJJA TA' ALLA

Lill-maħbub iben tagħna **ALFRED XUEREB**, saċerdot mill-kleru tad-Djoċesi ta' Ġhawdex, Prelat tal-Unur tagħna u Segretarju Ġenerali għall-Affarijiet Ekonomiċi, maħtur Nunzju Appostoliku għall-Korea u l-Mongolja u fl-istess waqt maħtur Arċisqof titulari ta' Amanthea, saħħa u Barka Appostolika.

L-Imħabba ta' Kristu ssuqna (ara 2 Kor 5:14). Biex insaħħu dejjem il-paċi fid-dinja kollha, is-Sede Appostolika tkompli twettaq id-drawwa li tibghat nies magħrufa u li taw prova tad-dinjità tagħhom biex, f'Isimna u bl-awtorità tagħna, mhux biss iwettqu dan l-uffiċċju importanti, iżda wkoll jagħtu xhieda tal-kobor tas-saċerdozju.

Ladarba issa hija x-xewqa tagħna li nibghatu Legat Tagħna fil-Korea u l-Mongolja, aħna nqisu li inti jixraqlek dan l-uffiċċju. Għandna fiduċja shiħa li inti twettqu tajjeb għaliex irċevejt l-aqwa formazzjoni Kattolika fil-familja, fil-parroċċa u f'pajjiżek, u, sa issa, b'ħafna żelu, qdejt, fid-diversi uffiċċji tas-Sede Appostolika, fis-servizz tal-Papiet, u wrejt lejhom imħabba filjali, li ġarrabna Aħna wkoll, kif ukoll it-thaddin sod tad-duttrina, fil-prudenza, fil-mod għaqli fit-twettiq tal-hidma tiegħek, u fil-fedeltà tiegħek lejn il-Knisja Kattolika.

Għaldaqstant, ninnominawk Nunzju Appostoliku għall-Korea u l-Mongolja u naħtruk Arċisqof titulari ta' Amanthea, bid-drittijiet u l-obbligi marbuta ma' dan l-uffiċċju. Biex nuruk l-imħabba speċjali li għandna għalik, Aħna stess bil-qalb nagħtuk l-Ordinazzjoni Episkopali fil-Bażilika papali ta' San Pietru, fil-festa li ġejja ta' San Ġużepp. Qabel, inti mitlub tagħmel il-professjoni tal-fidi skont in-normi preskritti u tiehu l-ġurament ta' fedeltà Lejna u lejn is-Suċċessuri tagħna, f'din is-Sede Appostolika.

Fl-aħħar nett, maħbub Iben tagħna, inhegġuk biex, bl-interċessjoni tal-Imqaddsa Marija Vergni Mtellgħa fis-Sema, ta' San Ġorġ Martri u tal-Appostlu San Pawl, li l-Maltin urewh ġieħ kbir u li kien l-ewwel li habbrilhom l-Evangeliġu, twettaq il-ministeru tiegħek ta' Isqof u Legat, bil-herqa u bil-fedeltà, speċjalment billi tkun haġa waħda mal-Mulej u taqsam magħna fil-herqa li seħħ l-għaqda fost l-Insara biex id-dinja temmen li Alla baġhat lil Ibnu bħala Salvatur (ara Ġw 17:21).

Mogħtija f'Ruma, f'San Pietru, illum, sitta u għoxrin tax-xaħar ta' Frar tas-sena elfejn u tmintax, il-ħames tal-Pontifikat tagħna.